



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1857**

XVIII. Markgraf Ludwig d. R. quittirt die Stadt Straußberg wegen der  
Zahlung ihrer Urbede, am 29. Juni 1352.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XVIII. Markgraf Ludwig d. R. quittirt die Stadt Straußberg wegen der Zahlung ihrer Urbede, am 29. Juni 1352.

Nouerint uniuersi tenorem presencium inspecturi. Quod nos Ludowicus Romanus etc. Quod prudentes viros, consules et universitatem ciuitatis nostre Strulzbergh a perfoluone et satisfacione triginta marcarum argenti Brand., quas nobis perfoluisse debuissent in festo beate walpurgis preterito, pro pensione et exaccione nostra annua, et triginta marcarum eiusdem argenti, quas nobis in festo beati Martini proxime venturo pro pensione nostra annua perfoluere tenebuntur, Dicimus quitos presentibus liberos et solutos, In quibus nobis satisfecerunt plenarie et ex toto, deputamus eciam presentibus predictis pensioem nostram annuam diete ciuitatis tollendam et pacifice percipiendam in festo beate walpurgis proxime venturo, pro decem marcis et quadraginta talentis brandenburgensis, in quibus frater noster illustris dominus Ludowicus, senior, marchio Brand., sincere nobis dilectus, ipsis prius fuerat obligatus, et si forte denarii Brand. noui fabricentur et datiui erunt ratione terre nostre et propter hoc marca argenti comparabitur cum paucioribus denariis, quam nunc, eis de hoc de indemnitare cauere volumus, sicut consonum fuerit racioni, deputantes pro illo dampno si casus acciderit eis pensioem nostram in dicta ciuitate in festo beati Martini proximo ultra ad annum tollendam et percipiendam, donec pro dampno et interesse, quod propter mutacionem monete inciderint, satisfactum fuerit competenter, presencium testimonio litterarum. Datum Bernow, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. L<sup>o</sup>. secundo, in die beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Original im Dessauer Archive. — Klöben's Waldemar IV, 399.

XIX. Markgraf Ludwig der Römer verpfändet dem Bürger Nicolaus Nymik in Frankfurt die jährliche Urbede der Stadt Bernau, am 27. März 1354.

Nouerint etc. Quod nos Ludowicus Romanus etc. Discreto viro nycolao Nymik, hospiti et Ciui nostro fideli dilecto in vrankenfurt, et ipsius heredibus deputauimus et presentibus deputamus tollendam et pacifice percipiendam exactionem et pensioem nostram annuam ciuitatis nostre antique Bernowe, omni impedimento remoto, donec eisdem in aliis equiualentibus redditibus in alio loco poterimus prouidere, quam nobis de debitis, in quibus ei rationabiliter obligamur defalcare debet. In cuius etc. Presentibus Swartzburg, Lochen, trutenbergh, wolff, Buffone de aluenfleuen, militibus, hen. Blangkenborch, Thid. morner etc. Datum vrankenfurt, anno LIII<sup>o</sup>. feria V. ante dominicam Judica me deus et discerne etc.

Nach dem Copialbuche des Markgr. Ludwig des Römers über die Voigteien Frankfurt, Müncheberg, Fürstenwalde und Beeskow, No. 47.